



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

5. De Communi Sanctorum, vt Apostolorum, Martyrum, Confessorum, &
Virginum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)



MEDITATIONES
DE COMMUNI
SANCTORVM.

MEDITATIO I.

*De Communi Apostolorum. Matth. 9. 11.
Marc. 6. Luc. 6. 9.*

DIE facto Iesus vocavit ad se discipulos suos, quos voluit, & elegit duodecim ex illis, quos vocavit Apostolos. Considera, nomen discipulorum ante vocationem se ad Apostolicum munus, id est, ut mitteretur ad prædicandum obtulisse, imò Christus quendam ultro se offerentem & discipulum, sequar te quocunque ieris, repudiavit. Vnde discis, neminem licet idoneum se putet, debere ingerere se in functionem alios docendi vel regendi, sed expectare donec ab iis, qui Christi vices obeunt, vocetur.

ceur, ne dum vano pietatis zelo quærit
lucrifacere aliorum animas, perdat suam.
3. nota Apostolos à Christo vocatos in me-
dio occupationum suarum, vt dum pesca-
rentur, vel aliis negotiis temporalibus va-
carent, vt indicaret seruitium Dei omni-
bus huius viet negotiis anteferendum. Vn-
de habent, quod metuant, qui à Christo
vocati, ob commoda temporalia, vel alios
respectus humanos venire negligunt.

*Et misertus turba iacentis instar ouium
non habentium pastorem dixit. Messis mulsa,
operarii autem pauci.* Considera, Domi-
num tam paucos discipulos ad opem toti
mundo ferendam elegisse, vt indicaret, li-
cet reuera deberent esse multi prædicato-
res & pastores Ecclesiæ, tamē semper pau-
cos fore veros operarios, multos autem
mercenarios tua commoda quærentes.
Semper enim pauci sunt, qui quærant la-
bores, & animarum salutē, plurimi autem
qui sectentur otium, & aucupentur honores,
opes, & diuitias. Quare recte dixit Christus
discipulis, vt Dominum rogarent pro ope-
rariis, nempe bonis & idoneis in messera
ablegandis. 2. nota, CHRISTVM vt Apo-
stolos extolleret super omnes sanctos vo-
luisse eos coram mundo esse contemptos,

Cc 4 & ab

& abiectos, & humilitati operam dare, & metum iniiceret iis pastoribus, qui sepe ad maiores honores & opes contendunt, ne tandem ad infimum locum detrudantur, si non in hac vita, saltem in futura.

3. *Apostolis item dixit. Nolite possidere aurum, vel argentum, nec quicquam per viam portare, nec sacculum, nec virgam, nec panem, nec duas tunicas. Considera, nusquam legitur apostolos in totum orbem amandatos, sed cum tulisse vllum comestum pro sustentatione, imò hic eis veritum videtur intelligant serui Dei studio iuuandi, & mas accensi, non debere ipsos esse sollicitos de victu vel amictu corporali, sed stare omnem fiduciam in Deum, qui non est negaturus necessaria, cum ad omnia ipse dixerit. Nolite solliciti esse, dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quomodo operiemur. 2. nota, quod Dominus, in illis, quæ ad alios pertinent, mandavit, ne haberent virgam, indicans non seuerè, & rigore, sed humaniter & benignè à pastoribus tractandas spirituales oues. nec duas tunicas, ne superfluis se onerarent, sed erogarent in pauperes.*

Matt.
6.

II. PARS.

NON vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui ut eatis, & fructum asseratis, & fructus vester maneat, Et quod petieritis patrem in nomine meo det vobis. Considera, eos quibus incumbit cura animarum, nō posse sperare laborum suorum fructum, nisi à Deo electi, & missi sunt per eos, qui Christi locum tenent, & licet putent se aliquid facere fructum, is tamen stabilis non est. Deinde, ut electi sint à Christo, nō debent tamen fructum quem colligunt, suae industriae tribuere, sed gratiae Dei; si enim opem eius implorant, omnis sufficientia eorum ex Deo est, ut loquitur Apostolus. Idq; fit ut conferantur in humilitate, ne dum aliis praedicant, ut idem alibi dicit, ipsi à Deo reproberentur.

Si mundus vos odit scitote quia me priorem odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret. Considera, te ex his verbis posse scire, cuius partes sequaris, Deine an mundi: nam si ob cultū veræ pietatis, & vitiorum fugam, ridearis, contemnaris & grauitè ab aliis affigaris, signum est te exolum esse mundo, ac proinde electū à Christo, qui dicit tales non esse

cc 1 de mun-

de mundo, cum sint potius de caelo. Contra vero, si quia conaris amicitiam cum mundo colere, amaris & honoraris ab omnibus, signum est te diligi à mundo, & proinde vehementer dubitare, an merearis in numero eorum, qui sunt à Christo electi. Nemo siquidem potest simul placere Deo & mundo. *Quicquid enim est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut oculorum aut superbia vitæ, ut loquitur S. Ioannes, qui sunt tres fontes omnium malorum, Deoq; exosa.*

1. *Ioan. do, aut est concupiscentia carnis, aut oculorum aut superbia vitæ, ut loquitur S. Ioannes, qui sunt tres fontes omnium malorum, Deoq; exosa.*

2. *Ioannes, qui sunt tres fontes omnium malorum, Deoq; exosa.*

3. *Ecce ego mitto vos, ut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes, sicut serpentes, & simplices sicut columba. Considera, Dominum Apostolis, & per eos omnibus Christi seruis consulere, ut in conuersatione cum hominibus imitentur simplicitatem columbinam, & prudentiam serpentinam. Columba caret felle & malitia. Si pellitur, si pulli ei tollantur ex nido, gignit alios in eodem. Serpens vero pro defensione capitis periculo exponit totum corpus, sic Christi seruis, cogitare debet bene de omnibus, dicta factaque aliorum in bonam partem interpretari, malè agentibus bene facere, diligere inimicos & beneficiis eos sibi deuincire. At ubi viderit indisciplinatum*

COM
mea voc
salutem:
cates suas
opus sit,
honorem

CONS
gend
mitit no
muscas,
Madian
lagenis
nidem
ces & ru
corum,
tur diu
lii prop
nium
non me
eam dig
tempo
prios
Euang
fragili
infirm
merur

mea vocari gloriam Christi, vel animæ suę salutem: instar serpentis, non solum facultates suas temporales, sed etiam vitam, si opus sit, propriam, ad tuendum diuinum honorem, suamq; salutē debes exponere.

MEDITATIO I I

De iisdem Apostolis.

CONSIDERA, sicut Deus olim ad frangendam Pharaonis superbiam, ei immisit non leones, vel tigrides, sed exiguas muscas, Holophernis fæminā Hebræam, Madianitarum paucos milites armatos lagenis & tubis, sic ad frangendam tyrannidem dæmonis & mundi misisse simplices & rudes piscatores, nempe, vt fructus eorum, id est, conuersio mundi tribueretur diuinæ potentæ. scireturque Euangelii propagationem, non humanum sed diuinum opus fuisse. 1. vt ipsi agnoscerent se non merito suo, sed ex gratia ad Apostolicam dignitatem vocatos. 3. vt exuti curis temporalibus in prædicatione essent præprios, aliisque suaderent paupertatem Euangelicam. 4. vt experientia propriæ fragilitatis & ruditatis discerent, aliorum infirmitatibus compati. Secūdò, nota numerum Apostolorum præfiguratū multo ante

I.

ante in duodecim fontibus deserti belii
 lapidibus pretiosis in Rationali, panibus
 propositionis in templo, lapidibus ex quibus
 erectum altare, bobus sustententibus
 mare æneum, leonibus throni Salomonici
 12. fundamentis sanctæ ciuitatis Ierusalæ
 ex quibus cognosci potest, quam nobile
 sublime fuerit officium Apostolorum, co-
 rumque qui illis successerunt.

Apoc.
 21.

Confidera, quam singularis gratia fue-
 rit, eos ex toto orbe seligi, vt cū orbis Do-
 mino familiariter conuersarentur, vt fe-
 rent noui testamenti ministri, & diuini
 mysteriorum dispensatores, vt post ange-
 larem lapidem Christum essent lapides
 primi & fundamenta Ecclesiæ, vt ipsi con-
 truerent Ecclesiā, cuius materiam omnes
 Patriarchæ & Prophetæ comportarant, et
 donis gratiæ iisdem, & omnibus regibus
 ac principibus, qui fuerunt & erunt, pre-
 ferrentur. Vnde & in Scriptura vocantur,
 Principes super totam terram regnantes,
 Pastores & Doctores, Dij fortes, amici

Pf. 44. fratres Christi, cœli, montes, agni, salu-
Ier. 3. ræ, lux mūdi. 2. nota, quam magna & multi-
Ioā. 15. tiplax iis collata fuerit potestas. 1. fuit co-
Ioā. 10. secrandi corpus & sanguinem Domini, et
 offerendi. quam ne angeli quidem habere

ES DE

COMMVNIS ANCTORVM. 413

2. dimittendi peccata, & pertiendi regnū
celorū, quia facti sunt quasi Dij 3. pascē-
di oues, & regendi Ecclesiam. 4. docendi
nouam legem gratiæ 5. Scripturas canoni-
cas edendi, quia Spiritus sanctus per eo-
rum ora loquebat ur. 6. miracula, quo do-
ctrinam suam confirmarent, patrandi.

Considera, fructum quē fecerint, nam 3.
primo totum orbem Euangelio comple-
runt, falsorum Deorum cultum exciderūt
oraculis eorundem ora clauerūt, radices
peccatorum euulserunt, igne spiritus sui
syuam mundi accenderūt, demum quic-
quid boni hodie in Ecclesia cernitur, ab
illis profectū est. Ab his manauit cōstan-
tia martyrum, iustitia confessorū puritas
virginum, zelus Doctorum, sanctitas Sa-
cerdotum, rigor monachorum, vnde ad-
mirans hunc fructum clamat Propheta:
Nimis honorati sunt amici tui, Deus, nimis Ps. 137.
confortatus est principatus eorum. Quod si
rara fecerunt dum essent mortales inter-
ra, quid iam facient immortales in celo?
1. perpenle, quantum laborum præmium
eis cessit in hac & altera vita. In hac qui-
dem, pax consciētix, eis ante mortem re-
licta, cum Christus diceret. Pacem meam Io. 14.
do vobis. 2. gaudium cordis, cum ait, iterum Io. 16.
videba

Mar.
10. Videho vos & gaudium vestrum nemo tollit à vobis. Atque hoc est centuplū illud promissum relinquentibus omnia. 3. persecutiones, cruces, & mors gloriosa pro Christo tolerata. nulla enim re homo similior Christo fit, quam qui pro eo patitur. Vnde Apostoli gaudebant, quod digni habiti essent pro nomine Iesu contumeliam patitur. B. Paulus gloriabatur in suis tribulationibus. In altera vero vita primum præmium eorum fuit, quod sessuri sint super sedes. 19. *Luc.*
22. iudicaturi 12. tribus Israel imo vt ait Apostolus Paulus, erunt & iudices angelorum. Alterum erit quod edant & bibant in mensa regni Christi, id est, omnib. delitiis, que mente excogitari non possunt, circumfluent, eoq; amplius, quo ceteris erunt beatiores.

MEDITATIO III

De S. Martyribus.

1. CONSIDERA, opere Martyrij nullū esse præstantius. 1. quia est nobilissimus caritatis actus. *Maiores caritatem nemo habet*, ait Christus, quam qui ponit animam pro amicis suis. 2. quia est actus inuitæ fortitudinis, qua contemnitur omnia genera pœnarum, ac ipsa mors. 3. qui actus in
supe

superabilis patientiæ, de qua Christus. *In* ^{Lu. 21.}
patientia possidebitis animas vestras. 4. quia ^{21.}
excedit omnia alia sacrificia. & oblationes
nam in his externa tantum, in illo verò o-
mnia, externa, & interna offeruntur Deo.
1. quia reddit martyres similiores Christo
*sempe milites duci. *Qui vult venire post* ^{Luc. 9}*
me, ait Christus, tollat crucem suam, & se-
quatur me. 2. nota varios esse martyres, &
quidē proprie dictos, 1. qui pro fide & con-
fessione Christi trucidantur. 2. qui ob de-
fensionem veritatis, vt S. Ioannes Baptista
et Iudas, Jeremias. 3. qui ob obseruationem
diuinę legis, vt Machabæi 4, qui ob defen-
sonem immunitatis Ecclesiasticę vt S.
Thomas Cantuar. 5. qui ob probitatem
nam, vt iustus Abel.

Confidera quam liberaliter Deus re-
 muneretur hoc heroicū opus Martyrij in
 hac vita & futura. In hac quidem, quia p-
 mittit illis in Euangelio se tantā efficaciam
 darū eorū verbis, vt omnes eorū aduer-
 sarij non possint iis resistere, & ideo nō de-
 bere vel præmeditari, quid respondeant. 2.
 et si flāmis ardeant, vel à bestiis discerpan-
 tur, ne vnū quidē capillum eorū periturū.
 3. quia certo sciūt se mox à morte fore sal-
 uos. & ideo Augustinus ait, iniuriam fieri

martyri, si quis oret pro eo post mortem.
Vnde Psal 11. *Pretiosa in conspectu Domini
mors sanctorum eius.* 4. quia tanta solatio
ipsis tormentis Deus suppeditat, ut in cor-
pore sepe nullum dolorē sentiant, ut audi-
dit S. Laurentio, & S. Stephano videntur
lum apertū. In altera verò vita Deus quo-
que copiose remunerat martyrium, quia
perfectissimè vicere mundum, carnem
& dæmonem, vnde de iis dicitur. *Posuit
capite eius coronam de lapide pretioso.* Et co-
ronam quidem duplicem. Vnam auream,
quæ est communis omnibus beatis, nempe
gloria essentialis Alteram, aureolam, quæ
est gloria accidentalis debita iis qui hero-
ico opere victoriam ex hoste retulerunt.
Quo pertinet & gloria, qua post Apostolorum
in tota Ecclesia eorum festa celebrantur
solemnius, patrocinium quæ à fidelibus
inuocatur.

Confideta, & alios esse martyres.

3. propriè quidem ita dictos, sed tamen
ros & eiusdem præmii cum superioribus
participes, uti sunt illi, qui non in corpore
sed in animo acerbissima perpeffi sunt.

Luc 2. fuit B. Virgo Maria, de qua S. Symeon ve-
ticinatus est, quod animâ ipsius periturus
esset gladius, nempe cum stare sub

ES DE
ost morren
beffu Domi
nra folatia
tat, vt in co
riant, vt ac
o videntio
a Deus qu
yrium, qua
d, carnem h
tur. Poſſim
reſofo. Et co
nam aurean
ocatis, nemp
ureolam, q
iis qui her
e retuleru
ost Apoſtoli
a celebrant
ue à fidelib

martyres
sed tam m
superiorib
in in corpore
perſſi ſunt, vt
S. Symeon
ſius pertran
um, ſtare ſub
cruc

COMMVN SANCTORVM. VI. QUITATEM.

crucē filij. qui gladius est tantum dolorem
cōciliatur, vt eadē causa dicatur plus quā
martyr, & regina martyrum. 2. ij q in ani
ma & corpore multa pro fide, & honestia
perſſi, tamen occiſi ſunt, vt B. Iob. 8.
Iohannes Apoſtolus S. Athanaſius, & in nu
merofenitate, virgines abijcē religioſi,
qui per omnem vitam carnem suam cru
cifixere cum concupiſcentiis, & acerbita
tem paſſionis martyru, diuinitate mo
dificationis non ſolum æquarunt, ſed etiā
crebro ſuperarūt. Quis enim dubitet plus
mereri eū, qui 20 vel 40 annos in ſum
ma humilitate, caſtitate, paupertate & ob
edientia ante Deo promiſſa egit, multisq;
bonis operibus claruit, quam qui breui
temporis momento, ob fidem Chriſti oc
ciſus eſt? Vnde S. Bernardus notauit Chri
ſtum in Euangelio ad eum tribuiſſe premiū
quā peribus ſpiritu (vt trora) que en in air
reſſe regnum celo tūm) & martyribus
quoniam voluntaria pauper
tas ſit quoddam Mar
tyrium.

Dd ME

1. **C**ONSIDERA, Confessores vocati
generatim eos, qui citra profusionem
sanguinis in omni pietate & sanctitate
tam clauerunt, & confessi sunt Christum
2. corde, in eum credendo, eumq; adori-
do ut creatorem celi & terrae, 2. ore, cum
assidue laudando & benedicendo, gratiasq;
pro beneficiis agendo, deinde eius
honorem & doctrinam verbis & scriptis
ut fecerunt Ecclesiae Doctores, defendendo,
3. factis & operibus. i. e. mandatis
domini parédo, & vitam Christiano homini
dignam agendo. 2. perpende & confitere
Deum eos cum merito, qui se accusant
proprios defectus. *Iustus enim, ut habet
Sapiens, prior est accusator sui.* Confitearis
enim peccata, fatemur Deum solum esse
iustum, & sanctum, solumque esse iudice-
cordem, qui possit peccata remittere, sicut
monet S. Ioannes. *Si confiteamur, in-
quiens, peccata nostra fidelis est & iustus, &
remittat nobis peccata nostra, & amandat
nos ab omni iniquitate.*

Prov.
II.

2.

Confidera, speciatim inter S. Confesso-

COMMVNI SANCTORVM. 419

res numerari. 1. eos qui post exilia, carceres
aliaq; tormenta pro Christo perpessa tā-
dem in pace obire. 2. Doctores, qui san-
ctitate vitæ & doctrina scriptis q; libris or-
dem illustrarunt, & conuerterunt. 3. qui o-
mnibus huius mundi bonis relictis se in
solitudines vel cænobia abdidere, & durif-
icam vitam duxere in paupertate, castita-
te & obedientia. 4. qui eximii in caritatis
operibus corporalibus vel spiritualibus fa-
cite, vt Iob, Tobias, Constantius & Caro-
lus Magnus, S. Ioannes Eleemosynarius,
& alij qui in seculo sanctè vixerunt.

Confidera, quantum præmium hos
confessores maneat. nam Matth. 10. dixit
Christus. *Omnis qui confitebitur me coram
hominibus, confitebor & ego eum coram an-
gelis Dei, & coram patre meo qui in cælis est.*
quod sine dubio futurum est, in extrema
die iudicij in totius Ecclesiæ militantis &
triumphantis conspectu. Cogita, quanto
iudicio exiliēt animæ eorū, qui tunc no-
minatim laudabuntur, & iubeantur se-
dere inter primos diuinæ & regiæ aulae il-
lustres Principes, vt fulgeant sicut stellæ fir-
mamenti in perpetuas æternitates. Vide &
illos, q; omnia sua hic reliquerūt, ad subli-
miorem gradum euehi, vt sedeant super
Dd. 2. sedes.

item suum Ioannem Baptistam, & inter
Apostolos carissimum S. Ioannem.

Confidera status Virgines dignitatem.

Primo enim Virgines sunt Christi sponsae.

Vnde S. Agnes ad Tyrannum *Ipse sum do-*

monata, cui angeli seruiunt, cuius pudicitiam

sol & luna mirantur. 2. magis co-

formes sunt Christo eiusque matri, & 3.

angelis, in carne enim esse, & non secun-

dum carne viuere, non humanu, sed ange-

licum est. 3. in parabola sementis S. Patres

Virginibus tribuunt fructum cereale

aruis sexagesimum, conjugatis autem

trigesimum. 4. curis seculi sunt soluta. Vir.

1. Cor 7.

enim ait Paulus, cognat quae sunt Domi-

ni, ut sit sancta corpora & spiritu. 5. quia

Virginitas, teste S. Ambrosio, est mater

martyrum, imo & ipsa est martirium, na

martyrium saepe breui tempore absolui-

tur, at Virginum cum carne pugnantiu

diuturnum est martirium. 6. quia voto

continentiam perpetuam offerre, Orige-

ne teste, est holocaustu Deo gratissimum.

Confidera Virginum premium a S. Io-

anne descriptum. Vidit enim agnum stan-

tem supra montem Sion, & cum eo 144. 14.

millia habentium nomen eius, & Patris

scriptum in frontibus suis: audiuit vocē

IIII Dd ; cilia

3.

Matt.

13.

1. Cor

7.

3.

Apoc.

14.

citharædorum, addēs, *isti sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Virgines enim sunt, & sequuntur agnum quocumque ierit.* Mons Sion, est Ecclesia triūphans. Agnus immaculatus est Christus, quem congruebat stipari à Virginibus mente & corpore puris, quæ in fronte nomen eius habebant, quia opere fidem quam in corde habebant professæ sunt. Citharas, quæ habent chordas ordine extensas, pulsabant, quia mortificantes membra sua quasi extenle fuerunt & confixæ cum Christo in ligno crucis dum viuerent; & suauissimum in auribus Dei sonum reddiderunt.

FINIS.